

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

5ta Visitatio Sanctissimi. Actus conformitatis cum divina voluntate.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

quia tibi summo bono meo toties peccando molestus esse, teque tot contumeliis afficere sum ausus. Et quia maximam tibi injuriam, quam ulla unquam creatura inferre tibi potest, interrogavi, dum obedire tibi nolui. Ignosce mihi per tuam ipsius bonitatem. Redde mihi bonum, quia malum tibi feci. Meque illuc dirige, ubi æternum te amare, & æternum te ab omnibus amatum videre merear. Amen.

*sta Visitatio Sanctissimi.**Actus conformitatis cum divina voluntate.*

**I.** Deus meus eâ ratione admitto ordinatio-  
nem tuam, quam de morte mea pridem  
constituisti. Ut, et si illam evitare possem, id  
neutiquam tamen facturus essem. Volo mori,  
quia tu me mori vis. Subjicio me sanctissimæ  
voluntati tuæ, & omnia illa, quæ præ manibus  
habeo, negotia libenter abrumpo; quia tu illa,  
dum vitam meam repetis, abrumpi jam vis.  
*Ita Pater, quoniam sic placierum fuit ante te.*  
Matth. 11.

**2.** Domine, hunc lectum meum, in quo ja-  
ceo, mihi pro Altari statuo; in quo amabilissi-  
mæ voluntati tuæ sacrificari me oporteat. Ad-  
mitte ergo holocaustum istud. Ecce in signum  
amoris hanc mortem meam, quam mihi im-  
mittis, hos dolores, hos corporis angores, has  
animi anxietates, has agonias, & mala illa om-  
nia reliqua, quæ mortem comitantur, ample-  
stor, & horum omnium, quæ de sanctissimis

N s

tuis

## Pars tertia

298

tuis manibus mihi veniunt, nihil recuso. *Non  
sicut ego volo, sed sicut tu.* Matth. 26.

3. Tuus sum Dominne mille titulis. Et si nullo titulo tuus essem, tuus tamen esse vellem, ut hoc obsequium reddere tibi possem. Fac igitur de me id omne, quod magis tibi placet, & quemadmodum tibi placet. Hoc ipso, quod tu summum bonum meum ita vis, contenta est haec misera creatura tua, quae venit ante conspectum tuum. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* 1. Reg. 3.

4. Ut videat mundus universus, quantum estimem ô Deus sanctissimam voluntatem tuam, ita hujus manibus me permitto; ut, licet inde, quod impossibile tamen est, maxima etiam damna referre me oporteret, ab illa nihilominus totus dependere vellem. Adoro divinæ tus circa me providentiæ dispositiones omnes, teque rogo; ut eas in tempore & æternitate adimplere velis. *Domini voluntas fiat.* Act. 21:

5. Quid valet unquam vita vilissimi vermiculi, qualis sum ego? certum est, quod valeat nihil. Vellem tamen ego mihi Deus, ut illa foret infinita valoris, solùm ideo, ut offerre tibi possem minus aliquod, quod merito tuo responderet. Quidquid verò sit, accipe id, quod in hac terra carissimum mihi est, vitam nempe meam, qualiscunque illa sit. Evidem hunc mortis calicem bibere amatum videtur carni. Sed parvum interest. Spiritus meus est carni contrarius, promptius calicem hunc admittit in testimonium reverentiae supremis tuis dispositionibus

bus debitæ , cuiusque semper judicabit esse dulcem, quia cum illi divinæ manus tuæ porrigitur.  
*Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?*  
Joan. 18.

6ta Visitatio Sanctissimi.

Varie Petitiones.

1. O Pater æterne , Filius tuus D. N. J. C.  
*factus in agonia prolixius orabat. Luc. 22.*  
Et ego ergo morti proximus summâ cum animi demissione ad thronum tuum me sisto impensissimè rogans ; ut, cùm tuam in me creando & conservando potentiam impenderis , eandem impendere velis ad defendendum me, ac perducendum ad illum finem , cuius causâ me creasti & conservasti.

2. O verbum æternum , per amorem illum, quo carnem nostram pro me induisti , & per tantos cruciatus me redemisti. Rogo te, ut modo magis, quam unquam alias, sanctissimæ passionis tuæ fructus applicare mihi digneris , meque perducere ad eum terminum, paradisum scilicet, quem mihi promeruisti.

3. O Sancte Spiritus , qui in S. Baptismate aliisque Sacramentis me sanctum reddidisti; rogo te , ut nunc opus tuum perficere, meque in gratia tua sanctificante morientem ad æternam gloriam perducere digneris. Ut pro immenso hoc beneficio per totam æternitatem tibi gratias agere possim , & qui insiguitus sum signaculo SS. Trinitatis , æternum quoque ante